

Joannes Dantiscus postulatus epi:
scopus Varmiensis,

73
Reverendissime in Christo pater et domi:
ne, domine mi colendissime. Salutem obsequio:
rumque meorum commendationem plurimam.
Accepi iis diebus à dominatione vestra re:
verendissima binas, quarum priores datae
sunt Craiovia undecima Octobris, quibus mi:
hi scribit dedisse se, secundum exemplum à
me missum literas ad pontificem, et ad
cardinalem regni protectorem, duplicatasque ut
vocant earundem, quas accepi, ad me misis:
se. Precatur mihi felicitatem translationi meae
congratulando, pro qua in me benevolentissir:
ma propensione, quas debeo non possum, sed
quantum vires meae valent dominationi ve:
stra reverendissima iterum atque iterum gra:
tias habeo, remittoque easdem duplicatas cum
hoc fratre meo, Georgio Hegel, et ille eas,
certus de auro quod dominus electus et ego
Thorunia deposuimus, una cum cambiū lite:
ris Romam mittet, quo tandem semel istis:
us comedia finem habere possimus.

Ceterum reverendissime mi domine, quod
questus sum aliquoties, quibus modis in
mea prima expeditione Romae tractatus sum,
refricare cogor iterum. Extorsit a me
iniquissimis modis antiqua ut vocant taxa,

qua

qua episcopatus hic Culmensis septingentis
ducatis est oneratus, tempore concilii Constans:
tensis, quum in Prussia florent omnia,
episcopatus vero Varmiensis duntaxat ad
quadringentos ducatos fuit astrictus. Hinc cre:
ta est coniectura in proventibus episcopatum
Culmensem, tum longe fuisse ditiozem Var:
miensi, quod post bella preterita quantum
mutatum sit, ipsa res testatur. In pecunie
is paratis qua ex redditibus dantur, eccle:
sia Culmensis, quod sancte affirmare au:
sim, non habet tantum, ut taxa veteri se:
ptingentorum ducatorum respondeat, à me ta:
men et taxa illa integra, ac pene tantun:
dem pro bullarum expeditione contra tum
Florentinos, in quos pontifex saeviebat, fuit
rapta, nedum extorsa, quod ne successoris
meo fiat, à dominatione vestra reverendissi:
ma quantum possum oro impensius, ut à
maiestate regia eius tenoris literas, ut sche:
da habet inclusa, et ad pontificem, atque ad
cardinalem protectorem obtineat, quas frater hic
meus medio Georgii Hegel Romam mittet,
qua sive profecerint, sive infecerint, nihilo:
minus tamen dominus electus et ego, quoad
eius fieri poterit, gratissimi semper domina:
tioni vestra reverendissima sumus futuri.

In posterioribus literis dominatio vestra
reverendissima meminuit de canonicatu meo,
in quo se ita acturam pollicetur, ut satis

desi:

desiderio meo fieri debeat. Si itaque resigna-
 tionem meam quam misi, dominatio vestra
 reverendissima retinuit, ne prodeat in effe-
 ctum, velit hoc fratri meo indicare, cui com-
 misi, habita voluntate dominationis vestre
 reverendissime, quid illum facere oporteat.

De nostra hic contributione iam tem-
 pus exposcit ut mandata regia mitterentur,
 sine quibus nescio si quid incipi possit.
 Et ne battalogus mere ut soleo sim mole-
 stior in presentia, finem facio, et me be-
 nevolentia dominationis vestre reverendissime
 summo opere commendo, quam dominus Deus
 sospitet ac prosperet in omnibus. Lubavia
 die decima sexta Novembris, anno Domini
 millesimo quingentesimo trigesimo septimo.

[Faint, illegible handwritten text in a historical script, possibly Latin or French.]

[Faint, illegible handwritten text at the bottom of the page.]